

valent contra illas infestations daemonum contra quas principaliter instituta sunt.

Ad quartum dicendum, quod maleficium quandoque potest praestare impedimentum ad omnes, quandoque ad unam tantum: quia diabolus voluntaria causa est, non ex necessitate naturae agens. Et praeterea impedimentum maleficij potest esse ex impressione daemonis in imaginatione hominum, ex qua tollitur viro concupiscentia movens ad tam mulierem, et non ad aliam.

ARTICULUS IV.

Utrum furia impedit matrimonium.

Ad quartum sic proceditur. 1. Videtur quod furia non impedit matrimonium. Matrimonium enim spirituale, quod in baptismate contrahitur, est dignius quam carnale. Sed furiosi possunt baptizari. Ergo et matrimonium contrahere.

2. Praeterea, frigiditas impedit matrimonium, inquantum impedit carnalem copulam (1), quae non impeditur per furiam. Ergo nee matrimonium.

3. Praeterea, matrimonium non dirimit nisi per aliquod impedimentum perpetuum. Sed de furia non potest seiri quod sit impedimentum perpetuum. Ergo non dirimit matrimonium.

4. Praeterea, in versibus praedictis sufficienter continentur impedimenta dirimenti matrimonium. Sed ibi non fit mentio de furia. Ergo etc.

Sed contra, plus tollit rationis usum furia quam error. Sed error impedit matrimonium. Ergo et furia.

Praeterea, furiosi non sunt idonei ad aliquem contractum faciendum. Sed matrimonium est contractus quidam. Ergo etc.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod furia aut praecedit matrimonium, aut sequitur. Si sequitur, nullo modo dirimit matrimonium. Si autem praecedit; aut furiosi habet lucida intervalla, aut non. Si habet, tunc quamvis dum est in illo intervalla non sit tutum quod matrimonium contrahat, quia nescit prolem educare; tamen si contrahit, matrimonium est. Si autem non habet, vel si quando non habet, contrahit; tunc quia non potest esse consensus ubi deest rationis usus, non erit verum matrimonium.

Ad primum ergo dicendum, quod usus rationis non exigit ad baptismum quasi causa ipsius, sicut exigit ad matrimonium; et ideo non est similis ratio. Tamen de baptismate furiosorum supra, distinet, 6. dictum est.

Ad secundum dicendum, quod furia impedit matrimonium ratione causae sue, quae est consensus, quamvis non ratione actus, ut frigiditas. Sed tamen simul cum frigiditate Magister determinat, quia utrumque est quidam naturae defectus.

Ad tertium dicendum, quod momentaneum impedimentum, quod causam matrimonii, scilicet consensus, impedit, matrimonium totaliter tollit. Sed impedimentum quod impedit actum, oportet esse perpetuum ad hoc quod matrimonium tollat.

Ad quartum dicendum, quod hoc impedimentum reducitur ad errorem: quia utrobius defectus consensus ex parte rationis est.

(1) Nicola: sed carnalis copula non impeditur.

ARTICULUS V.

Utrum incestus quo quis cognoscit sororem uxoris suae, matrimonium dirimat.

Ad quintum sic proceditur. 1. Videtur quod incestus quo quis cognoscit sororem uxoris suae, matrimonium non dirimat. Quia mulier non debet puniri pro peccato viri. Sed puniretur, si matrimonium solveretur. Ergo etc.

2. Praeterea, plus peccat qui propriam consanguineam cognoscit, quam qui cognoscit consanguineam uxoris. Sed primum peccatum non impedit matrimonium. Ergo nec secundum.

3. Praeterea, si in poenam peccati hoc infligit, videtur, etiam si mortuus uxore cum alia contrahat incestuosum, quod separari debeant; quod non est verum.

4. Praeterea, hoc etiam impedimentum non connumeratur inter alia supra enumerata. Ergo non dirimit contractum matrimonium.

Sed contra, quia per hoc quod cognoscit sororem uxoris, contrahitur affinitas ad uxorem. Sed affinitas dirimit matrimonium contractum. Ergo et incestus praedictus.

Praeterea, in quo quis peccat, in hoc punitur. Sed talis peccat contra matrimonium. Ergo debet puniri, ut matrimonio privetur.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod si aliquis cognoscit sororem aut aliam consanguineam uxoris suae ante matrimonium contractum, etiam post sponsalia, oportet matrimonium separari ratione affinitatis contractae. Si autem post matrimonium contractum et consummatum, non debet totaliter separari matrimonium; sed vir amittit jus petendi debitum, nec potest petere sine peccato; sed tamen debet reddere petenti, quia uxor non debet puniri de peccato viri. Sed post mortem uxoris debet omnino manere absque spe conjugi, nisi cum eo dispensemur propter fragilitatem suam, cui timetur de illicito coitu. Si tamen praefer dispensationem contrahat, peccat contra statutum Ecclesiae faciens; non tamen propter hoc matrimonium separandum est.

Et per hoc patet solutio ad objecta: quia incestus ponitur matrimonio impedimentum non tam ratione culpa, quam ratione affinitatis quam causat; et ideo etiam non connumeratur alius impedimentis, sed in impedimento affinitatis includitur.

Expositio textus.

Maneat uterque innupti. Hoe intelligitur quando ex utroque impedimento allegatur: alias ille tantum innuptus manere debet ex ejus parte impedimentum proponitur.

Quod si mulier causetur, et dicat: Volo esse mater, et filios procreare etc. Videtur ex hoc quod ratione sterilitatis matrimonium solvi possit. — Et dicendum, quod non: quia in sterilibus etsi matrimonium non habeat intentum suum, secundum quod est in officiis nature, habet tamen secundum quod est in remedio per carnalem copulam; unde potinut hic procreatio filiorum pro carnali copula, quam mulieres verecundant expetere.

Septima manu propinquorum juret quod non quam carnaliter concenerent. Divortium hoc modo fieri debet. Cum impotencia coeundi allegatur, si

uterque confiteatur, scilicet vir et uxor; vel (1) si est evidens impedimentum, ut in eunuchis, possunt statim separari. Si autem non est evidens, praecipiendum est eis ut adhuc cohabitent bona fide carnali copula operam dantes. Quod si usque ad triennium fieri nequit, tunc jurabit uterque quod bona fide operam dantes, carnaliter conjungi non poterunt; et ut divortium non de facili celebretur, requiratur quod septem de propinquis, qui melius de hoc possunt per signa probabilia scire veritatem, jurent quod credant eos verum dixisse.

Perjurii crimen (2) rei teneantur; id est, eorum testimonium ita pro nihil computatur ac si perscripsi essent; non tamen culpam aut (3) infamiam perjurii incurrint, si eos verum dicere credabant.

Sed si vir asserit se debitum reddidisse uxori, et illa diffidetur, cui potius fides habenda sit merito queritur. Item secundum, quod quando vir asserit copulam carnalem praecessisse, mulier negat; standardum est juramento viri, nisi per aspectum corporis sui mulier probare velit virum esse mentitum. Si tamen vir falsum jurat, et uxor contrarium non possit probare, potest sibi providere de seorsum

(1) Ali. deest.

(2) Ali. Perjurii enim crimen etc.

(3) Ali. ante.

jacendo, ne ex impietione viri ad libidinem provocetur, et periculum incontinentiae immineat. Si autem vir neget carnalem copulam praecessisse, non est standum juramento ejus, quamvis sit caput mulieris, si mulier affirmet: quia sic daretur facultas multis viris diminutum uxores suas.

Quod in fine hujus capituli continetur, ex rigore magis dictum intelligendum est quam ex canonica aegritate. Scindendum est, quod si maleficium fuerit generaliter respectu cuiuslibet faciens impotentiam coeundi, tunc si alteri nupserit, ostendetur impedimentum non fuisse perpetuum; unde debet ad prius conjugium redire. Si autem fuerit personale, id est respectu specialis personae, cum utrius detur licentia alteri nubendi; non potest redditus potentia nubendi ad pristinum matrimonium redire, quia nullum fuit, et secundum est verum matrimonium.

Sed si contractum fuerit, non separantur. Ille intelligitur, si uiri contractum quando habebant lucida intervalla.

Nec propriae uxori licet sibi reddere debitum. Hoc non tenetur modo. Vel dicendum, quod reddere debitum vocat universaliter carnalem copulam, quia privatus est quantum est ex parte sua, quamvis uxori suum jus remaneat. Quamvis enim matrimonium non claudiet, tamen jus petendi debitum potest esse in uno, et non in alio.

DISTINCTIO XXXV.

Eodem jure utitur vir et mulier.

Hoc etiam notandum est, quod cum Dominus concedat vir uxorem dimitti causa fornicationis, cadem licentia non tollitur feminis. Unde Hieronymus (epist. 50 ad Oceanum, seu in epist. Fabiolae): « Præcepit Dominus uxorem non dimitti, excepta causa fornicationis; et si dimisso fuerit, maneat innupta. Quidquid viris præcipitur, hoc consequenter redundat ad feminas. Non enim adultera uxor dimittenda est, et vir moechus tenendum. » Item (ibid.): « Ad eam servitus pari conditione censetur. » Ex his ostenditur quod mulier potest super fornicatione virum conuenire, ut vir mulierem. Unde Innocentius Papa (1): « Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat; sed viros suos mulieres non facile adulterio accusant; vir autem liberius uxores suas adulterias apud sacerdotes deferebant; et ideo mulieribus profito earum erit, quae negatur communio; virorum autem latente commissio, non facile quisquam ex suspicibilibus auctor; qui tamen submovebatur, si ejus flagitium detegatur. »

Quod fornicariam nequit dimittere vir, nisi ipse (2) expers fuit, et e converso.

Si quis autem fornicationis expers fornicariam dimiserit, ali potest, sed continuo oportet, vel ad dimissam redire: si et de feminis. Unde et Apostolus (1 Corinthus, 7, 10): « His qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere: quod si discesserit, maneat innupta, aut viro suo reconcilietur; et de viro addit: a Et vir uxorem non dimittat. » Sed Ambrosius (Ambroster super eundem locum) ait: « Ideo non subdit de viro sicut de muliere, hec (1) viro aliam ducere. » Sed hoc a falsaria in Ambrosii libro positum creditur. Supplementum enim esse in viro, quod ibi de uxore præmisit, aperte dicit Augustinus sic (de sermone Domini in monte, lib. 1, cap. 25, vel 14): « Quare non addit de muliere quod præmisit de viro, nisi quod similem formam vult intelligi, ut si dimisit, quod causa fornicationis permittitur, maneat sine uxore, aut reconcilietur uxori? » Idem (paucis post): « Si vero nubet illi conceditur vivo viro a quo recessit, nec huic alteram ducere vivu uxore quam dimisit; multo minus fas est illicita cum quibuslibet stupra committere. » Ideam (ibid. paulo supra): « Ut non facile dimittatur uxor, Dominus solam fornicationis causam exceptit; ceteras vero universas molestias, si quae existerint, iubet pro fide conjugali et pro castitate fortiter sustineri; et moechum dixit: « qui a viro solutum duxit. » Ex his ostenditur quod si causa fornicationis sit separatio, non potest vel mulier in aliam transire copulam. Possunt autem reconciliari, et cohabitare si prius, si dimisso alter revocare voluerit.

(1) Epist. 5, cap. 4 (Ex edit. P. Nicolai).

(2) Addit. Nicolai fornicationis.

(3) Lib. de adulterinis conjugis, cap. 8 (Ex edit. P. Nicolai).

(4) Nicolai: ideo non etiam subdit de viro sicut de muliere, quod sic maneat, si discesserit, quia licet etc.

Quae praedicti videntur obviare.

Dicit tamen Joannes Chrysostomus (1): « Sicut crudelis et iniquus est qui castam dimittit; sic fatuus est et impudens qui retinet meretricem; patronus enim turpidius est qui celat crimen uxoris. » Item Hieronymus (2): « Cum mulier unam carnem in aliam diviserit, et se fornicatione a marito separaverit, non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat, dicente Scriptura (Prover. 18, 22): Qui tenet adulteram, stultus est et insipiens. » Idem ad Amandum presbyterum scribens (epist. 147), de quadam quae viro suo vivente ali nupsrat, sic ait: « Item novam loquor, immo non novam, sed veteram, quae veteris testamini auctoritate confirmatur. (Deut. 24): Si reliquerit secundum (5) virum mulier, et reconciliari voluerit prior, non potest. »

Determinatio.

Sed haec omni intelliguntur sicut de illa quae ab adulterio redire noluit, nisi per poenitentiam peccatum delere. Quod si vir scienter patitur, consentire videtur. Si enim in adulterio perseverare elegit, patronus turpidius et lenocinii reus maritus habebatur, nisi eam adulterii ream facere voluerit. Si autem a peccato recesserit, et per poenitentiam illud pomeriverit, poterit viro reconciliari. Unde Augustinus (4): « Quod tibi durum videtur, ut post adulterium reconciliari conjugi (5), si fides adsit, non erit durum. Cur enim ad hunc deputatum adulteros quos credimus poenitentia esse sanatos? » Idem (6): « Non erit turpis nec difficultas, etiam post patrata et purgata adulteria, reconciliatio conjugij, ubi per claves regni calorum non dubitare fieri remissio peccatorum, non ut post viri divortium adulteria reveretur, sed ut post Christi consortium adultera non vocetur. » (7) Item

(1) Ilom. 52, in Matth. Sive Auctor operis imperfecti sub S. Chrysostomis nomine in Decretis relatus causa 32, quæst. 1, cap. Sicut (Ex edit. P. Nicolai).

(2) In Matth. cap. 19 (Ex edit. P. Nicolai).

(3) Nicolai: summa.

(4) Ad Pollentium de adulterio conjugis lib. 2, cap. 6. Sed appendicis ex Augustino subsequentes cap. Quod autem sibi et cap. Non erit (Ex edit. P. Nicolai).

(5) Al. deest conjugi.

(6) Eodem lib., cap. 9 (Ex edit. P. Nicolai).

(7) Nicolai: Item Gregorius hom. 29, in Evang.: Si

quod promisit, minime servavit, videamus utrum sciat plangere quid erravit. Apud misericordem namque iudicem nec ille falsa habebitur qui ad veritatem revertatur etiam postquam mentitur: quia omnipotens Deus dum filius noster nostrum poenitentiam suscepit, ipse suo iudicio hoc quod erravimus abscondit. » Licit enim id Gregorius de illis dieat qui omnibus antiqui hostis operibus ac pompis die baptismatis renuntiare proponentes, non servant post baptismum quod autem illum spondenter, sed a prava opera dilabuntur, ac deinde plangentes lapsum suum suspiciuntur

Divisio textus.

Postquam determinavit de impotencia coeundi, que actu matrimoniū impedit, hic determinat de separatione a toro propter peccatum fornicationis, que similiiter actu matrimoniū tollit vinculum matrimoniale durante; et dividitur in partes duas: in prima ostendit quomodo adulterium sequens matrimonium tollit actu matrimoniū vinculum matrimoniale durante; in secunda ostendit quomodo adulterium praecedens matrimonium, etiam matrimoniale vinculum tollit, ibi: *Solet etiam queri, an valsat duci in conjugium quae prius est polluta per adulterium.* Prima in duas: in prima ostendit quando licet uxorem dimittere propter fornicationem; in secunda inquirit, utrum dimittere sit

Gregorius: « Debet recipere peccatricem quae poenitentiam egit, sed non saepè. » Item Hermes: « Si vir scelerit uxorem suam deliquerisse, et non egerit poenitentiam mulier, si permaneat in fornicatione sua, et vir vivit cum illa, vir reus erit, et particeps peccati. Quod si mulier dimissa egerit poenitentiam, et voluerit ad virum reverti, debet recipere peccatricem quae poenitentiam egit, sed non saepè. »

De illis qui se ante polluerunt per adulterium.

Solet etiam queri, an valeat duci in conjugium quae prius est polluta per adulterium. De hoc Leo Papa ait (1): « Nullus ducat in matrimonium quam prius polluit adulterio. » Item (2): « Relatum est auribus sanctorum sacerdotum, quando alterius uxore stupro violasse, et insuper moechae juramentum dedisse, quod post legitimi mariti mortem, si superviveret, ducerer eam in uxorem; quod factum est. Tale ergo conubium prohibemus et anathematizamus. His aliisque auctoritatibus vertantur in conjugium copulari, qui se prius adulterio maculaverint. Sed et contra Augustinus ostendit, dicens (lib. 4 de Nuptiis et Concub. cap. 10): « Denique, mortuo eo cum quo fuit virum conjugium, fieri potest conjugium cum qua praecessit adulterium. Idem (5): Posse fieri sancta hiemata inopias ex personis illicite conjugis honesto placito subsequente manifestum est. »

Determinatione.

Sed haec ultima auctoritas de concubinis loquitur, perhibens concubinas posse transire ad honestum placentum nupiarum, si castitatem et fidem servare velint. Prima vero auctoritas Augustini de illis autem qui de peccato poenitentiam, et nihil in mortem viri machinati sunt, nec vivente viro sed ad adulterac dedit moechus quod eam in conjugio ducere, si superviveret. Qui vero haec faciunt, alii praemissi auctoritatibus prohibentur copulari.

misericorditer a Deo, et apud illum veniam invenient; nihilominus in Decretis causa 52, quæst. 1, cap. Apud, speciationem feminis applicatur quae conjugibus fidem non servantes, poenitentiam subinde agunt, et proinde ab ipsis conjugibus suscipi debent. Item Hermes (in libro quo inscribitur Pastor). Si vir scelerit etc. *Quem tamen Pastoris Librum ut apocrypnum rejecit a Gelasio in Decretis dist. 13, cap. Sancta Romana, ad marginem notat.*

(1) Eius nomine in Decretis referunt causa 51, cap. Nullus absque indice speciali, nec tale quidquam apud illum occurrit; sed hoc ipsum potius colligunt ex Concilio Triburiensi quod ibidem referunt cap. Illud vero, ut et sequens appendix cap. Relatum est, seu cap. Denique referuntur quae subunguentur ex Augustino (Ex edit. P. Nicolai).

(2) Ex edicione Concilii Triburiensi (Ex edit. P. Nicolai).

(3) Lib. de bono Conjugali, cap. 14 (Ex edit. P. Nicolai).

necessitatis, an licet ei eam retinere, ibi: *Dicit tamen Joannes Chrysostomus etc.* Prima in duas: in prima ostendit quod viro licet dimittere uxorem, et e converso, propter fornicationem commissam; in secunda ostendit quod neutri post separationem licet nubere propter prioris matrimonii vinculum maueens, ibi: *Si quis autem fornicacionis expers fornicariam dimiserit, alii copulari non potest.* Circa primum duo facit: primo ostendit quod uteque conjugum potest alium dimittere propter fornicationem, quando ipse est a fornicatione immunis; secundo ostendit quod hoc non potest fieri, quando ipse simili criminis subjacet, ibi: *Si vero queritur, an adulterum possit dimittere causa fornicationis; dicimus etc.*

QUAESTIO I.

Hie queruntur sex: 1.º utrum licet viro uxorem dimittere causa fornicationis; 2.º utrum ad hoc teneatur; 3.º utrum possit dimittere proprio iudicio, vel iudicium Ecclesiæ requiratur; 4.º utrum vir et uxor quantum ad hoc sint aequalis conditionis; 5.º utrum post divortium debeat manere inupti; 6.º de reconciliatione.

ARTICULUS PRIMUS.

Utrum propter fornicationem licet viro uxorem dimittere.

Ad primum sic proceditur. 1. Videtur quod propter fornicationem non licet viro uxorem dimittere. Non enim pro malo est malum reddendum. Sed vir dimittens uxorem propter fornicationem, videtur malum pro malo reddere. Ergo hoc non licet.

2. Praeterea, major peccatum est si uterque fornicatore quam si alter tantum. Sed si uterque fornicetur, non poterit fieri divortium propter hoc. Ergo nee si unus tantum fornicatus fuerit.

3. Praeterea, fornicatio spiritualis et quedam alia peccata sunt graviora quam fornicatio carnalis. Sed propter illa non potest fieri separatio a toro. Ergo nee propter fornicationem carnalem.

4. Praeterea, vitium contra naturam magis remotum est a matrimonio bonis quam fornicatio, quae modo naturae fit. Ergo magis debuit ponere causa separations quam fornicatio.

Sed contra est quod dicitur Matth. 5.

Praeterea, illi qui frangit fidem, non tenetur aliquis fidem observare. Sed conjux fornicando frangit fidem quam alteri conjugi debet. Ergo alter potest alterum propter causam fornicationis dimittere.

Solutio. Respondeo dicendum, quod Dominus dimittire uxorem concessit propter fornicationem in poenam illius qui fidem frangit, et in favorem illius qui servavit, ut non sit astrius ad redditum debitum ei qui non servavit fidem. Et propter hoc exceptiuiter septem casus in quibus non licet viro uxorem dimittere fornicatent, in quibus vel uxor a culpa immunis est, vel utriusque sunt aquiliter culpabilis. Primus est, si ipse vir similiter fornicatus fuerit. Secundus, si ipse uxorem prosteritur. Tertius, si uxori virum suum mortuum probabiliter credebat propter longam ejus absentiam, alteri nupserit. Quartus est, si latenter cognita est ab aliquo sub specie viri lectum subintrante. Quintus, si fuerit vi oppressa. Sextus, si reconciliaverit eam sibi post adulterium perpetratum, carnaliter eam cognoscens. Septimus, si matrimonio in infidelitate utriusque contracto, vir dederit uxori libellum repudii, et uxori alteri nupserit, tunc enim si utriusque convertantur, tenetur ei recipere (1).

Ad primum ergo dicendum, quod vir si dimittat uxorem fornicatent livore vindictae, peccat; si autem ad infamiam propriam cavendant, ne videatur particeps erimini, vel ad vitium uxoris corrigendum, vel ad evitandum prolis incertitudinem, non peccat.

(1) Addit Nicolai: extra. de Divortiis, cap. Gaudemus prope finem.

S. Th. Opera omnia. V. 7.

Ad secundum dicendum, quod divortium ex causa fornicationis fit uno accusante alium; et quia nullus potest accusare qui in simili criminis existit, quando uterque fornicatur, divortium celebrari non potest; quamvis magis peccetur contra matrimonium utroque fornicante quam altero tantum.

Ad tertium dicendum, quod fornicatio est directa contra bona matrimonii; quia tollitur per eam certudo prolis, et fides frangitur, et significatio non servatur, dum unus conjugum pluribus earnem sum dividit; et ideo alia crimina quamvis forte sint majora fornicatione, non causant divortium. Sed quia infidelitas, quae dicitur spiritualis fornicatio, etiam est contra matrimonii bonum, quod est proles educanda ad cultum Dei; etiam ipsa facit divortium; sed tamen aliter quam corporalis fornicatio; quia propter unum actum fornicationis carnalis potest procedi ad divortium, non autem propter unum actum infidelitatis, sed propter consuetudinem quae pertinaciam ostendit, in qua infidelitas perficitur.

Ad quartum dicendum, quod etiam propter vitium contra naturam potest procedi ad divortium; sed tamen non fit ita mentio de ipsis, tum quia est passio inominabilis, tum quia rarius accidit, tum quia non ita causat incertitudinem prolis.

ARTICULUS II.

Utrum vir teneatur ex præcepto uxorem fornicatent dimittere.

Ad secundum sic proceditur. 1. Videtur quod vir teneatur ex præcepto uxorem fornicatent dimittere. Vir enim, cum sit caput uxoris, tenetur uxorem corriger. Sed separatio a toro est inducta ad correctionem uxoris fornicantis. Ergo tenetur eam a se separare.

2. Praeterea, qui consentit peccanti mortaliter, ipse etiam mortaliter peccat. Sed retinens uxorem fornicatent, videtur consentire ei, ut in littera dicitur. Ergo peccat, nisi eam a se ejiciat.

3. Praeterea, I Corinth. 6, 16, dicitur: *Qui adhaeret meretrici, uuum corpus efficitur.* Sed non potest aliquis simul esse membrum meretricis et Christi, ut ibidem dicitur. Ergo vir uxori fornicanti adhaerens, membrum Christi esse desinit, mortaliter peccans.

4. Praeterea, siue cognatio tollit matrimonii vinculum, ita fornicatio separat a toro. Sed postquam vir noverit consanguinitatem sui ad uxorem, peccat mortaliter cognoscens ipsam. Ergo si cognoscet uxorem postquam seit ipsam esse fornicatam, mortaliter peccat.

5. Sed contra est quod dicit Glossa (Augustini et Bedae) I Corinth. 7, quod Dominus permisit causa fornicationis uxorem dimittere. Ergo non est in præcepto.

6. Praeterea, quilibet potest dimittere alteri quod in se peccavit. Sed uxor fornicando peccat; si autem ad infamiam propriam cavendant, ne videatur particeps erimini, vel ad evitandum prolis incertitudinem, non dimittat eam.

Solutio. Respondeo dicendum, quod dimissio uxoris fornicatent introducta est ad corrigendum uxoris crimen per talem poenam. Poena autem corrigendum non requiritur ubi emendatio jam præcessit; et ideo si mulier de peccato poeniteat, vir non tenetur eam dimittere; si autem non poeniteat,

tenetur, ne peccato ejus consentire videatur, dum correctionem debitam non apponit.

Ad primum ergo dicendum, quod peccatum fornicationis in uxore potest corrigi non tantum tali poena, sed etiam verbis et verbere; et ideo si alias ad correctionem sit parata, non tenetur vir praedictam poenam ad ejus correctionem adhibere.

Ad secundum dicendum, quod tunc vir, uxori consentire videtur quando eam tenet non cessantem a peccato praeterito; si autem emendata fuerit, non ei consentit.

Ad tertium dicendum, quod ex quo de peccato fornicationis ponuitur, meretrice dici non potest; et ideo vir se ei conjungendo, membrum meretricis non fit. Vel dicendum, quod non conjugitur ei quasi meretrici, sed quasi uxori.

Ad quartum dicendum, quod non est simile; quia consanguinitas facit ut non sit inter eos matrimoniale vinculum, et ideo carnalis copula esset illicita; sed fornicatio non tollit vinculum praeditum; et ideo actus remanet, quantum est de se, licitus, nisi per accidens illicitus fiat, in quantum vir consentire turpitudini uxoris videtur.

Ad quintum dicendum, quod permissione illa est intelligenda per prohibitionis privationem; et sic contra praeceptum non dividitur; quia etiam quod cedit sub praecepto, non est prohibitum.

Ad sextum dicendum, quod uxor non tantum peccat in virum, sed etiam in seipsum, et in Deum; et ideo vir non totaliter potest poenam dimittere, nisi emendatio sequatur.

ARTICULUS III.

Utrum proprio iudicio possit vir uxorem fornicantem dimittere.

Ad tertium sic proceditur. 1. Videtur quod proprio iudicio potest vir uxorem fornicantem dimittere. Sententiam enim a iudice latam absque alio iudicio excepti licet. Sed Deus justus iudex dedit hanc sententiam, ut propter fornicationem vir uxorem dimittere possit. Ergo non requiritur ad hoc aliud iudicium.

2. Praeterea, Matth. 1, dicitur, quod Joseph, cum esset iustus, cogitavit occulte dimittere Mariam. Ergo videtur quod occulte vir possit divortium celebrare absque Ecclesiae iudicio.

3. Praeterea, si vir post fornicationem uxor cognitam debitum ei reddit, amittit etiam actionem quam contra fornicariam habebat. Ergo denegatio debiti quae ad divortium pertinet, debet Ecclesiae iudicium praecedere.

4. Praeterea, illud quod non potest probari, non debet ad iudicium Ecclesiae adduci. Sed fornicationis crimen non potest probari, quia oculus adulterii observat caliginem, ut dicit Job 24, 13. Ergo non debet iudicio Ecclesiae praedictum divortium fieri.

5. Praeterea, accusationem debet inscriptio praececedere, qua aliquis se ad talionem obliget, si in probatione deficiat. Sed hoc non potest esse in ista materia; quia tunc qualitercumque res iret, vir consequeretur intentum suum, sive ipse uxorem dimitteret, sive uxor eum. Ergo non debet ad iudicium Ecclesiae per accusationem adduci.

6. Praeterea, plus tenetur homo uxori quam

extraneo. Sed homo crimen alterius, etiam extranei, non debet Ecclesiae deferre, nisi monitione praemissa in secreto, ut patet Matth. 49. Ergo multo minus potest crimen uxoris ad Ecclesiam deferre, si eam prius occulte non corripuit.

Sed contra, nullus debet seipsum vindicare. Sed si vir uxorem fornicantem proprio arbitrio dimitteret, ipse se vindicaret. Ergo hoc non debet fieri.

Praeterea, nullus in eadem causa est actor et judex. Sed vir est actor impetrans uxorem de offensa in se commissa. Ergo ipse non potest esse judex; et sic non debet eam proprio arbitrio dimittere.

Solutio. Respondeo dicendum, quod vir potest dimittere uxorem duplenter. Uno modo quantum ad torum tantum; et sic potest eam dimittere quam cito sibi constat de fornicatione uxoris, proprio arbitrio; nee tenetur reddere debitum exigenti, nisi per Ecclesiam compellatur; et taliter reddens nullum sibi praecuditum facit. Alio modo quantum ad torum et cohabitationem; et hoc modo non potest dimitti nisi iudicio Ecclesiae; et si alias (1) dimissa fuerit, debet cogi ad cohabitantum, nisi possit ei vir in continentis fornicationem probare. Haec autem dimissio divortium dicitur; et ideo concedendum est quod divortium non potest celebrari nisi iudicio Ecclesiae.

Ad sextum ergo dicendum, quod sententia est applicatio juris communis ad particulare factum; unde Dominus ius promulgavit, secundum quod sententia in iudicio fornicari debet.

Ad secundum dicendum, quod Joseph non volebat Virginem dimittere quasi suspectam de fornicatione, sed ob reverentiam sanitatis ejus, timens ei cohabitare, ut supra dictum est; nec tamen est simile, quia tunc ex adulterio non solum procedebatur ad divortium, sed ulterius ad lapidationem; non autem nunc quando agitur in iudicio Ecclesiae.

Ad tertium patet solutio ex dictis.

Ad quartum dicendum, quod quandoque vir uxorem suspectam habens ei insidiatur, et reprehendere eam potest cum testibus in crimen fornicationis; et sic potest ad accusationem procedere. Et praeterea, si de facto isto non constat, possunt esse violentes suspicione fornicationis; quibus probatis, videtur fornicatio esse probata, ut si inventari solus cum sola horis et locis suspectis, et nudus cum nuda.

Ad quintum dicendum, quod maritus potest accusare uxorem de adulterio duplenter. Uno modo ad tori separationem coram iudice spirituali, et tunc inscriptio debet fieri sine obligatione ad legem talionis; quia sic vir consequeretur intentum suum, ut objectio probat. Alio modo ad punitionem criminalis in iudicio saeculari; et sic oportet quod praecedat inscriptio, per quam ad poenam talionis se obliget, si in probatione deficiat.

Ad sextum dicendum, quod sicut Decretalis (extra de accusationibus, cap. Qualiter) dicit, tribus modis in criminibus procedi potest. Primo per inquisitionem, quam debet praecedere clamosa insinuatio quea locum accusationis tenet. Secundo per accusationem, quam debet praecedere inscriptio. Tertiio per denuntiationem, quam debet praecedere fraterna reprobatio. Verbum ergo Domini in-

(1) *Nicola: alias si dimissa etc.*

telligitur quando agitur per viam denuntiationis, non quando agitur per viam accusationis; quia tunc non agitur solum ad corruptionem delinquantis, sed ad punitionem propter bonum commune conservandum, quod justitia deficiente periret.

ARTICULUS IV.

Utrum vir et uxor debeat in causa divortii ad paria judicari.

Ad quartum sic proceditur. 1. Videtur quod vir et uxor non debeat in causa divortii ad paria judicari. Divortium enim conceditur in lege nova loco repudii, quod erat in lege veteri, ut patet Matth. 5. Sed in repudio vir et uxor non judicabantur ad paria: quia vir poterat repudiare uxorem, et non e converso. Ergo nec in divortio debent ad paria judicari.

2. Praeterea, plus est contra legem naturae quod uxori plures viros habeat quam quod vir plures mulieres: unde hoe quandoque licuit, illud vero nunquam, ut supra, dist. 55, quæst. 1, art. 1, ad 7, dictum est. Ergo plus peccat mulier in adulterio quam vir; et ita non debent ad paria judicari.

3. Praeterea, ubi est maior nocumentum proximi, ibi est maior peccatum. Sed plus nocet adulteria uxori viro quam vir adulteri uxori: quia adulterium uxoris facit incertitudinem prolixi, non autem adulterium viri. Ergo maior est peccatum uxoris; et sic non debent ad paria judicari.

4. Praeterea, divortium inducitur ad crimen adulterii corrigendum. Sed magis pertinet ad virum, qui est caput mulieris, ut dicitur 1 Cor. 11, corrigerre uxorem, quam e converso. Ergo non debent in repudio ad paria judicari, sed vir debet esse melioris conditionis.

5. Sed contra, videtur quod uxor in hoc debet esse melioris conditionis. Quia quanto est major fragilitas in peccante, tanto peccatum est magis dignum venia. Sed in mulieribus est major fragilitas quam in viris, ratione cuius dicit Chrysostomus (Auctor Oper. imperf. in Matth., hom. 40), quod propria passio mulieris luxuria est; et Philosophus in 7 Ethic. (cap. 8), quod mulieres non dicuntur incontinentes, proprie loquendo, propter faecili inclinationem in concupiscentiam: quia ne bruta animalia possunt contineare propter hoc quod non habent aliquid quod concupiscentias obviare possit. Ergo mulieribus in poena divortii debet magis parcer.

6. Praeterea, vir ponitur caput mulieris, ut ipsam corrigit. Ergo magis peccat quam mulier, et sic debet magis puniri.

Solutio. Respondeo dicendum, quod in causa divortii vir et uxor ad paria judicantur, ut idem sit licitum et illicitum uni quod alteri; non tamen pariter judicantur ad (1) illa: quia causa divortii est major in uno quam in alio, cum tamen in utroque sit causa sufficiens ad divortium. Divortium enim est poena adulterii, in quantum est contra matrimonii bona. Quantum autem ad bonum fidei, ad quam conjuges aequaliter sibi invicem tenentur, tantum peccat contra matrimonium adulterium unius sicut adulterium alterius; et haec causa in

(1) *Al. deest ad.*

utroque sufficit ad divortium, sed quantum ad bonum prolixi plus peccat adulterium uxoris quam viri; et ideo major causa divortii est in uxore quam in viro; et sic ad aqualetia, sed non ex aequaletia causa obligantur: nec tamen iniuste, quia in utroque est causa sufficiens ad hanc poenam: sic etiam est de duobus qui damnantur ad mortis ejusdem poenam; quamvis alius altero gravius peccaverit.

Ad primum ergo dicendum, quod repudium non permittebatur nisi ad vitandum homicidium; et quia in viris magis erat de hoc periculum quam in mulieribus, ideo viro permittebatur dimittere uxorem, non autem e converso per legem repudiui.

Ad secundum et tertium dicendum, quod rationes illae procedunt secundum quod in comparatione ad bonum prolixi major sit causa divortii in uxore adulteria quam in viro; non tamen sequitur quod non judicentur ad paria, ut ex dictis patet.

Ad quartum dicendum, quod quamvis vir sit caput mulieris ut gubernator, non tamen quasi iudex ipsius, sicut nec e converso; et ideo in his quae per iudicium facienda sunt, non plus potest vir in uxore quam e converso.

Ad quintum dicendum, quod in adulterio inventior de ratione peccati idem quod est in fornicatione simplici, et adhuc plus, quod magis gravat secundum laesione matrimonii (1). Si ergo considereret id quod est commune adulterio et fornicatione, peccatum viri et mulieris se habent ut excedentia et excessa: quia in muliere est plus de humore, et ideo sunt magis dubiles a concupiscentiis; sed in viro plus de calore qui concupiscentiam excitat. Sed tamen simpliciter loquendo, ceteris paribus, vir in simplici fornicatione plus peccat quam mulier: quia habet plus de rationis bono, quod prævalet quibuslibet motibus corporalium passionum. Sed quantum ad laesione matrimonii, quam adulterium fornicatione addit, ex qua divortium causatur, plus peccat mulier quam vir, ut ex dictis patet; et quia hoc est gravius quam simplex fornicatio, ideo, simpliciter loquendo, plus peccat mulier adultera quam vir adulter, ceteris paribus.

Ad sextum dicendum, quod quamvis regimen quod datur viro in mulierem, sit quedam circumstantia aggravans; tamen ex illa circumstantia quae in aliam speciem trahit, magis aggravatur peccatum, scilicet ex laesione matrimonii, quae trahit ad speciem injuriae in hoc quod furtive aliena proles submittitur.

ARTICULUS V.

Utrum post divortium vir alteri nubere possit.

Ad quintum sic proceditur. 1. Videtur quod post divortium vir alteri nubere possit. Nullus enim tenetur ad perpetuam continentiam. Sed vir in aliquo casu tenetur uxorem fornicantem in perpetuum a se separare, ut patet ex dictis. Ergo videtur quod ad minus in tali casu alteram ducere possit.

2. Praeterea, peccanti non est danda major occasio peccandi. Sed si ei qui propter fornicationis culpm dimittitur, non licet aliam copulam quædere, datur sibi major occasio peccandi: non enim

(1) *Nicola: scilicet laesio matrimonii.*

est probabile ut qui in matrimonio non continuuit, postea contineare possit. Ergo videtur quod licet ei ad aliam copulam transire.

5. Praeterea, uxor non tenetur viro nisi ad debitum reddendum, et cohabitationem. Sed per divortium ab utroque absolvitur. Ergo omnino soluta est a lege viri; ergo potest alteri nubere; et eadem est ratio de viro.

4. Praeterea, Matth. 19, 9, dicitur. Qui dismiserit uxorem, et aliam duxerit, excepta causa fornicationis, moechatur. Ergo videtur quod si causa fornicationis dimissa uxore aliam duxerit, non moechetur, et ita erit matrimonium verum.

Sed contra, 1 Corinth. 7, 10: Præcipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere; quod si discesserit, manere inuptam.

Praeterea, nullus debet ex peccato reportare commodum. Sed reportaret, si liceret adulterae ad aliud magis desideratum coniunctionis transire, et esset occasio adulterandi voluntatis alia matrimonia quaerere. Ergo non licet aliam copulam quaerere nec viro nec uxori.

Solutio. Respondeo dicendum, quod nihil adveniens supra matrimonium potest ipsum dissolvere; et ideo adulterum non facit quin sit verum matrimonium: manet enim, ut dicit Augustinus (de Nupt. et Concup., cap. 10), inter viventes conjugale vinculum, quod nec separare nec eum alio junctio potest auferre; et ideo non licet uni, altero vivente, ad aliam copulam transire.

Ad primum ergo dicendum, quod quamvis per se nullus obligetur ad continentiam, tamen per aetidens potest esse quod obligetur; sicut si uxor sua aegritudinem incurabilem incurat, et talem quae carnalem copulam non patitur; et similiter etiam est, si incorrigibiliter spirituali infirmitate, scilicet fornicatione, laboret.

Ad secundum dicendum, quod ipsa confusio quam reportat ex divortio, debet eam cohibere a peccato. Quod si cohibere non potest, minus manum est quod sola ipsa peccet quam quod vir peccati ejus sit particeps.

Ad tertium dicendum, quod quamvis uxor post divortium non tenetur viro adultero ad debitum reddendum, et cohabitandum; tamen adhuc manet vinculum matrimonii, ex quo ad hoc tenebatur; et ideo non potest ad aliam copulam transire viro vivente. Potest tamen continentiam uovere viro in vita, nisi videatur Ecclesiam deceptam fuisse per falsos testes sententiando de divortio; quia in tali casu etiam si votum professionis emisisset, restituere viri, et teneret debitum reddere; sed non licet ei exigere.

Ad quartum dicendum, quod exceptio illa quae est in verbis Domini, refutatur ad dimensionem uxoris; et ideo objectio ex falso intellectu procedit.

ARTICULUS VI.

Utrum post divortium vir et uxor possint reconciliari.

Ad sextum sic proceditur. 1. Videtur quod post divortium vir et uxor non possint reconciliari. Regula est enim in Jure: *Quod semel bene definitum est, nulla debet iteratione retractari.* Sed iudicio Ecclesiae definitum est quod debent separari. Ergo non possunt reconciliari ulterius.

Ad quintum dicendum, quod si adulterium viri

2. Praeterea, si posset esse reconciliationis, praecipue videtur quod post poenitentiam uxoris vir teneatur eam recipere. Sed non tenetur; quia etiam uxor non potest per exceptionem proponere in iudicio poenitentiam suam contra virum accusantem de fornicatione. Ergo nullo modo potest esse reconciliationis.

3. Praeterea, si posset esse reconciliationis, videatur quod uxor adultera teneretur redire ad virum ipsam revocantem. Sed non tenetur; quia jam separati sunt iudicio Ecclesiae. Ergo etc.

4. Praeterea, si liceret reconciliare uxorem adulteram, in illo casu praecipue deberet fieri, quando vir post divortium inventur adulterum committere. Sed in hoc casu non potest uxor cogere cum ad reconciliationem, cum juste sit divortium celebratum. Ergo nullo modo potest reconciliari.

5. Praeterea, si vir adulteri occulite dimittat per iudicium Ecclesiae uxorem convictam de adulterio, non videtur juste factum divortium. Sed tamen vir non tenetur uxorem sibi reconciliare; quia uxor probare in iudicio adulterium viri non potest. Ergo multo minus quando divortium juste est celebratum, reconciliationi fieri potest.

Sed contra est quod dicitur 1 Corinth. 7, 2: *Si discesserit, manere inuptam, aut viro suo reconniciari.*

Praeterea, vir poterit eam non dimittere post fornicationem. Ergo eadem ratione potest eam reconciliari.

Solutio. Respondeo dicendum, quod si uxor post divortium de peccato poenitentiam agens emendata fuerit, potest eam sibi vir reconciliare. Si autem in peccato incorrigibili maneat, non debet eam ad se assumere, eadem ratione qua non liebat eam nolentem a peccato desistere, retinere.

Ad primum ergo dicendum, quod sententia Ecclesiae divortium celebrantis non sicut cogens ad separationem; sed licentiam praebens; et ideo absque retractatione praecedentis sententiae potest reconciliationi sequi.

Ad secundum dicendum, quod poenitentia uxoris debet inducere virum ut uxorem fornicantem non accuse, aut dimittat. Sed tamen non potest ad hoc cogi, nec potest per poenitentiam virum ad accusationem repellere; quia cessante culpa et quantum ad actum et quantum ad maculam, adhuc manet aliquid de reatu; et cessante etiam reatu quo ad Deum, adhuc manet reatus quo ad poenam humano iudicio inferendam; quia homo non videt cor sicut Deus.

Ad tertium dicendum, quod illud quod inducitur in favorem alieuius, non facit ei praecipudicium; unde, cum divortium sit inductum in favorem viri, non auferit ei jus petendi debitum, vel revocandi uxorem; unde uxor tenetur ei reddere, et ad eum redire si fuerit revocaata, nisi de licentia eius votum continentiae emiserit.

Ad quartum dicendum, quod propter adulterium quod vir prius innocens post divortium committit, secundum rigorem juris non debet cogi ad recipiendum uxorem adulteram: prius tamen secundum acquitatem juris iudex ex officio suo debet eum cogere ut caveat periculo animae ejus et scandalo aliorum, quamvis uxor non possit reconciliationem petere.

Ad quintum dicendum, quod si adulterium viri

sit occultum, per hoc non auferitur jus exaudiendi contra accusationem viri uxori adulterae, quamvis desit sibi probatio; et ideo peccat vir divortium petens; et si post sententiam de divortio uxor petat debitum vel reconciliationem, vir tenetur ad utrumque.

Expositio textus.

Patronus est turpitudinis quod celat crimen uxoris. Contra, Prov. 11, 15: Fidelis est qui celat crimen amici. — Et dicendum, quod hoc intelligitur quando celatio non est in praecipudicium correctionis. Solet queri, an valeat duci in conjugium quae prius est poluta per adulterium. Scindum, quod plura sunt crimina quae propter sui enormitatem impeditum matrimonium contrahendum. Primum est incestus; secundum, uxoricidium, tertium rapina alienae sponsae; quartum, quando aliquis insidiando matrimonio filium proprium de sacro fonte suscepit; quintum, qui interfecit presbyterum; sextum, quan-

do aliquis peragit poenitentiam solemnum. Non tam proper crimina intermitur matrimonium contractum. Sed tamen sunt quedam crimina quae dirimunt matrimonium contractum. Unum est, quando aliquis cum aliqua conjugata concubuit, et ex hoc machinatur in mortem viri cum effectu; tunc enim ad invicem contrahere non debent; et si contraxerint, separantur. Secundum est, quando praestat fidem adulterae quod ducet eam uxorem. Sed hoc intelligendum est quando tam adulterum quam adulteria sciebat impedimentum; alias matrimonium non dirimetur postquam contractum esset. Tertium est, quando contrahit eum ea de facto; primum enim matrimonium facit quod non stat secundum; unde si primum non fuisset verum matrimonium, secundum stare. Scindum etiam, quod in casu secundo et tertio, scilicet fide data de matrimonio contrahendo, etiam matrimonio contracto per verba de praesenti de facto, nisi fuerit ibi pollutio carnalis, non propter hoc dirimunt matrimonium sequens post mortem viri de novo contractum.

DISTINCTIO XXXVI.

Si pro extrema conditione valeat uxor separari a viro, et e concessa.

Nunc de conditione videamus, an valeat conjugium dividere. Ad quod dicimus, quia non negatur ingenuis posse numeri seruus; sed si necessitatis servus conditionis, liberum potest dimitti, cum servus ejus fuerit deprehensa, secundum illud (1): *Si quis ingenuus homo ancillam alterius uxore accepit, et aestimat quod ingenua sit, si ipsa feminam fuerit postea in servitute detesta (2), si eam a servitate redimere, potest, si non potest, si volenter, aliam accipiat.* Si vere ancillam eam scierat, et collaudaverat, postea ut legitime habeat. Item ex eodem (3): *Si feminam ingenua accepit servum, sciens quod servus esset, habeat eum; quia omnes patrem habemus in caelis; una lex erit viro et feminae.* Cum dicitur, Sciens illum servum, datur intelligi quod si necessitatis illum servum esse, non cogitur adhucire ei cuius fraude decepta est. Si autem vir teneat conditionem mulieris, vel e converso, non valeat eam dimittere. Unde Zacharias Papa (4): *Si quis liber ancillam in matrimonio accepit, non habet licentiam dimittendi eam, si consensu amboi conjuncti sunt, nisi ob fornicationem.* De illis agit quibus alterius conditio nota est, quando conjuguntur.

De copula servi et ancillæ diversorum dominorum.

Quæratur etiam, si servus unius ancillam alterius accepit, an sit inter eos conjugium. Hoc etiam statutum est in Concilio Cabillonensi 2, cap. 50: *¶ Dicitum est non bis, quod quidam (5) legitimam servorum matrimonio potest stativa quadam præsumptione dirimant, non attendentes illud (6) (Math. 19, 6): Quos Deus coniunxit, homo non separat.* Unde nobis visum est ut conjugia servorum non dirimantur, etiam si diversos dominos habeant; sed in uno conjugio permanentes dominos servant suis. *¶ Et hoc in illis observandum est ubi legalis conjunctio fuit, et*

(1) Refutatur in Decretis causa 29, quæst. 2, cap. Si quis ingenuus (Ex edit. P. Nicolai).

(2) Ali. in servitute dejecta.

(3) Nempe ex cap. Si feminæ (Ex edit. P. Nicolai).

(4) Ex quo etiam in Decretis refutatur ubi supra cap. Si quis liber (Ex edit. P. Nicolai).

(5) Ali. quædam.

(6) Nicolai addit. evangelicum.

per voluntatem dominorum. Attende finem hujus capituli, ubi videtur iuuui, praeter voluntatem dominorum inter servum et ancillam non posse contrahi conjugium, vel si contrahitur, non esse ratum. Quibuscum tamen videtur inter eos posse fieri conjugium dominis ignorantibus.

De viro qui se facit seruum, ut dividatur ab uxore.

Illi etiam notandum, quod si mulier virum liberum accepit, et ille, ut causam praestet dissidi, se aliecius servum fecerit; nec illi uxorem dimittere, nec illa ob vinculum conjugii in servitutem redigi poterit. Unde illud (Concilii Triburicensis, et in Decret. ubi sup. cap. a Perlatum est): *¶ Perlatum est ad sanctam Synodum, quod quidam ingenuus ingeniam accepit uxorem, et post filiorum procreationem occasionem divortii, ejusdem servum se fecerit; utrum et mulierem necessario tenere debeat; et si tenererit, an illa etiam servituti subjici debeat, quæcum est. Judicatum est uxorem minime debere dimitti; non tamen ob Christi legem mulierem in servitutem redigi, dum ille non ex consensu conjugis se servum fecerit, quem liberum ipsa maritum accepit,*

De aetate contrahentium.

Hoc etiam sciendum est, quod pueri ante quatuordecim annos, et puellæ ante duodecim annos, secundum leges matrimoniū inire nequeunt. Quod si ante predicta tempora copulam inierint, separari possunt, quamvis voluntate et assensu parentum juncti fuerint. Qui vero in pueritia copulati, post annos pubertatis nolunt se reliquere, sed in conjugio permanere, iam ex hoc efficiuntur conjuges, et deinceps nequeunt separari (1). Item. Sponsalia ante septennium contrahiri non possunt; solo enim consensu contrahantur, qui intervenire non potest, nisi ab alterutra parte intelligatur quod inter eos agitur. Duo illa executi suntes cum aliorum quorundam adiunctione, quibus conjugium solvi potest, nec tamen solvi semper necesse est. Nunc de aliis que personas illegitimas penitus faciunt, addendum est, et primum de ordine.

(1) Nicolai. Unde dicitur in Decretis causa 30, quæst. 2, cap. Ubi non est consensus (ex Nicolao Papa), quod qui pueri sunt pueri in cunabulis, et e converso, nihil faciunt, nisi uterque puerorum, postquam venerint ad annos discretios, consentiant etiam pater et mater hoc voluerint et ferent. Item sponsalia etc.